

Alte Drucke

**ENCHIRIDION || CHRISTIANAE INSTITV-||tionis in Concilio
prouinciali Colo-||niensi editum, opus omnibus ve-||ræ
pietatis cultoribus lon-||ge ...**

Gropper, Johann

Parisiis, 1550

DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150244

DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

Sacramentū pœnitentiæ quomodo à tota pœ- *Pœnitentiæ*
nitentia discernatur, initio diximus. Est itaq; *sacramen-*
pœnitentiæ sacramentum, externum & visi- *tum quid.*
bile signum pœnitentiæ interioris, & remis-
sionis peccatorum seu gratiæ Dei, quam ipse
Deus efficaciter & certo(moddò ritè accipias)
in eo sacramento operatur. Habet autem ut cætera sacramē-
ta, suas partes, verbum & clementia.

Verbū huius sacramenti, verbum absolutionis est, quod *Verba hu-*
sacerdos vice Dei ad confessum peccata sua pronuiciat: *ius sacra-*
Ego (inquiens) absolu te à peccatis tuis, in nomine patris,
& filii, & spiritus sancti: quod huic diuinæ promissiōni inni-
xum est. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quo-
rum retinueritis, retenta erunt. Sunt qui hi se verbis abso- *Ioan. 20.*
lutoris pleraque alia addunt. Sed vt Ioannes Gersonus re- *Gersonus.*
cte (nostra quidem sententia) dixit, erat hæc quam iam retu-
limus, verborum absolutionis & breuitas & simplicitas reti-
nenda, nec absolutio verbis additis vel restrainingēda vel inuol-
uenda. Nam sacerdoti qui Christi vice fungitur, formula do- *Verba ab*
minis sui non immerito imitanda est. Is absoluens peccatores, *absolutionis*
simplicissimè dixit: Remittuntur tibi peccata tua. Et cū pro- *debet sim-*
pterea hoc sacramentum capiatur, ut conscientia pauida & mē proni-
perterrefacta auditis verbis absolutionis, certa consolatione *plicissimè*
remissionis peccatorum adepta, læta à sacerdote discedat, *ciari.* *Matth. 9.*
quis non videt ea omnia rectè omitti, quæ confessum adhuc *Marc. 2.*
hæsitantem ac dubitatem, relinquere possint? Cæterum olim *Luce. 5.*
sacerdotes antequam confessum absoluenter, largiter pro eo *Luce. 7.*
dominum exorabant, ac etiam confidentem hortabantur, *Iacob. vlt.*
vt vicissim pro eis pre caretur, idque ex instituto Aposto-
lico. Nunc tantum sub absolutione precatio-
nes illæ, nem-
pe. Misereatur tui omnipotens Deus. Item, Indugentiam ac
remissionem, &c. (id quod non negamus) piè & sanctè recen-
sentur: absolutionis autem verba in longum protrahuntur,
quod non erat necesse, nec vt nobis videtur multum utile.
Quæ sit autem huius verbi vis, & quis intellectus verbo-
rum promissionis, cui innititur, abundè explicatum puta-
mus.

DE SACRAMENTO

Elementum

*huius sa-
cramenti.*

*Impositio
m in quid*

significet.

Manus dei.

*Poenitentia
perfectio*

per manus

impositione

recipieba-

tur.

Cöcil. Car

th. 1.c. 2.3

Ritus qui

huc sacra

mento ex

*more ec-
clesiastico*

adhibetur.

*Quæ pec-
cata confi-
tenda.*

*Quatenus
veniali i-*

*peccata cō-
fitenda.*

Basi i reg.

mon. c 2.8.

Matth. 11.

*Quæ sru-
pulu con-
sciëtiae in-*

*iciūt cōfi-
tēda sunt.*

Leui. 13.

*Ambula-
re coram*

domino.

Gene. 17.

Elementum seu externum & visibile signum huius sacramenti. **E**ti, est ille corporis gestus & actus, quo sacerdos absolvit confidentem, similitudinem habens cum interiori absolutione, qua Deus animam à peccatorum nexibus exxit. Nam verba absoluciónis externae prolatæ, Deum intus dimittentem significant. *Quod præterea ex more ecclesiæ nostræ, manus sacerdotis super caput poenitentis imponitur, indicat manum Dei, hoc est diuinâ virtutem, seu Spiritus sancti gratiâ emundantem ac sanctitatem, sacramento adesse.*

Deinde manus impositio, apud veteres, signum erat reconciliationis. Vnde qui publicè poenitentebant, nō recipiebāt penitentiae perfectionem nisi per manus impositionem Episcopi, quemadmodum superius expositum est. Ergo cum peccator imposita manu absolvitur, nihil aliud designatur, quam cum & Deo & ecclesiæ (à cuius saltem interno confortio delinquens excidit) reconciliari.

Ritus quos ecclesia in administratione huius sacramenti adhibet, hi fermè sunt: Principio à confiteente requirit, ut simpliciter, purè, ac sincerè, tanquam coram Deo, aperiat sacerdoti omnia (que ipsi post diligentem cōscientiæ exculptionem occurràt) lethalia crimina, ac quæ conscientiam onerant ac ledunt. Nam tametsi ecclesia non oneret peccatorem ad confitendum omnia venialis (quod id fuerit factu impossibile), tamen si venialis crebrius recurrent, omnino contempnenda nō sunt, quod collecta non minus grauabunt & opprimet, quam unum aliquod graue delictum. Et vt Basilius ait: Nullum peccatum tanquam paruum contemni oportet, quod de omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, de eo rationem reddituri sunt in die iudicij. Præterea, non tantu cōfiteenda sunt, quæ peccator certò scit esse lethalia crimina, sed etiā ea, in quibus heret ac dubitat, sunt ne crimina mortalia. Neq; enim postremus finis atq; usus cōfessionis is est, q; scilicet cōfiteens, per sacerdotem (cui iudicium datu est cognoscendi ac iudicandi inter lepram & non lepram) instrui debeat, ut discernat inter peccatum & nō peccatum. Item cum oporteat nos coram Deo sic conuersari ut confidamus Deo facta nostra cōprobari: idcirco dubitanus, faciat ne bene an fecus, is in anceps se periculum coniicit, atq; adeo in peccatum: quia omnime quod non est ex fide, peccatum est, Roman. 14. Quamquam interim velimus hic leues cōiecturas & inanes scrupulos re-

los reicit: qui enim amat periculum, peribit in illo: sed tatum Prover. 2. cum ratio probabilis dubitare facit, dubitatio per exomologismum animo eximenda est. Circumstantiae quoq; quæ speciem delictorum variant, exprimenda sunt. Circumstantes particulae (Gregorio Nisseno teste) sunt, quis, quid, ubi, quando, quæ liter, propter quid, videlicet persona, res, organū, locus, temporis modus, causa. Ergo non tatum tempus, locus & persona, sunt.

veruetiam animi malitia & temptationis magnitudo, confideranda sunt: Deinde etiā ad quam multos vnius peccati noxa perueniat. Ex persona delictum sit capitalius. Grauius peccat sacerdos aut princeps, quam laicus aut priuatus. nugae in ore laici (vt inquit Hieronymus) nugae sunt: in ore sacerdotis, blasphemia. Sacrilegiū furto maius est. Bis peccat, qui diem dominicum audiendis concionibus & sacro, ac reconciliando Deo, excitandæque charitati in Deum ac proximū destinatum, inepitis lusibus, scortis, temulentii, obscenis fabulis, ac rixis etiā & pugnis transmitunt. Leuius peccat, qui per occasionem in stuprum incidit, q; qui probam ac simplicem virginem, ex probis prognatam, destinatā honesto matrimonio, malitiosis artibus diu solicitatam, tandem vitiat, ac deinde iactato etiam facinore reddit infamem, atq; aliis quoq; prostituit. Grauius peccat, qui voluntarii in temptationem inductus per concupiscentiam illectus labitur, quam qui necessitate cecidit. Deniq; atrocis delinquit, qui sacerdote, aut virum etiā tales occidat, à cuius conciliis tota res publica pendebat, aut si quis principem ad tyrannidem instiget, quod eodem facinore plurimos laferit. Hoc tamen omnino cauedum est, ne de his circumstantiis sacerdos confitentem sic perconetur, vnde personæ quoq; possint agnosciri. Præterea, in peccatis que libidine committuntur, periculosa est mora in recessis vel percontandis circumstantiis, tum q; periculum est prodéde personæ, cum qua admissum est peccatum: tum quod ex hac recognitione facilè subiret animum veteris voluptatis irritatio. Breuiter in circumstantiis, neque confitentem neque confessarium sacerdotem conuenerit esse vel nimis anxious, vel nimis remissum. Ea moderatio tenēda est, vt saltem scrupuli, qui conscientiam molestant, tollantur.

Quodam confitentiū ineptitudinem, qui nullo ordinē vel iudicio confitentur, sacerdotibus interdum molestā esse quis negat? sed erat hæc ineptitudo per confessarios rigenda.

V. ij

Que circumstantiae
cūstantiae
peccatorū
confitentiae
sunt.

Vide Au-
gu. de vera
et fal. pe-
ca. 14. &
lib. 2. de vi-
si. infirmo.
Ex perso-
na.

Ex tempore.

Gene. 20.
Ex animi
malitia.

Vide cœcili.

Ancyr. an.
Ex effectu

Quidcuæ
dum sacer-
doti cōfes-
fario i' fer-
contando,
quod ad
circumstan-
tias atti-
net.

Ineptitudo
confitentū
per sa-
dorem cor-

DE SACRAMENTO

Prima.

pia instructione corrigēda. Scimus de confitendi ratione cō plures libellos editos, commemorantes quicquid inter homi nes committitur, aut committi potest, sceleris. Qui vt reā à confirmatis & tate vſuque rerum viris legātur, ita nostro iudicio periculose sparguntur in vulgus, periculosius animis innocentioribus offeruntur. Nam si non leuiter peccant sacerdotes, qui ab omnibus seſcitantur de omnibus, nō habita

Secunda.

Tertia.

Peccata

mortalia

ex quibus

catera o-

runtur.

Superbia,

Vana glo-

ria, Avari-

tia, Ira, In-

uidia, Lu-

xuria, Gu-

la, Acedia,

Tristitia,

Superbie

filie, Vana

glorie, Iræ

Inuidie,

Tristitia,

& Ace-

diae.

Avaritiae.

Gule.

Luxuria.

Peccatum

aut animo

aut uno

ratione sexus, & tatis aut ingenij, quis neget hosce libros periculose à quibusdam legi? Sunt qui peccatum actuale discernunt in peccatum transgressionis & omissionis, & singula ge

nera in plurimas species diducunt. Sunt quibus ea ratio constendi placet, vt quæcunque confiteri velimus, memoria iuvanda causa, in septem aut octo illa genera peccatorū lethaliū, velut in locos quosdam communes, in claudamus: que sunt superbia, vana gloria, avaritia, ira, inuidia, luxuria, gula

perbia enim (que initium est omnis peccati, & regina omnium malorum) nascitur omnis inobedientia, omnis presumptio, &

ti, Ira, In omnis pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia. Ex vana uidia, Lu-

gloria, iactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriæ cupidio, & hypocrisis. Ex inuidia nascitur odium, susurra-

la, detrectatio, exultatio in aduersus p̄ximis, afflictio in prosperis. Ex ira oriuntur rixa, tumor mentis, contumelia, clama-

mor, indignatio, præsumptio, blasphemie, sanguinis effusio, homicidia, vilescedi cupiditas, iniuriarum memoria. Ex tri-

stitia nascitur malitia, râcor animi, pusillanimitas, pusillanimitas, amaritudo, desperatio, torpor, vagatio mentis, sâpè etiam

& præsentis vitæ nulla delectatio. Ex avaritia oriuntur iniu- die, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, per iuria, rapina, violentia, inquietudo, iniusta iudicia, contemptus veritatis,

futura beatitudinis obliuio, obduratio cordis. Ex gula pro pagatur incepta lætitia, scurrilatas, leuitas, vaniloquium, im-

munditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, hebe-

tudo sensus. Ex luxuria generatur otiositas mentis, inconfi- deratio, inconstantia oculorum, vel totius corporis præcipi-

tatio, amor immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affec-

tus præsentis seculi, horror & desperatio futuri: atque haec

ferè sunt, quæ præceptis decalogi prohibentur.

Sunt qui confitendi locos ex seip̄is petant, q̄ omne pec-

tatum,

aut animo, aut aliquo quinq; sensuum committa-

tur.

tur. Nam et si omne crimen ex fonte cordis profiscatur, tamen quae ad luxū, libidinem, violentiam & contumeliā pertinet, magis ad sensus & membra corporis referuntur. Nobis ut singulæ ista cōfitendi rationes minimè displiceant, tamen veteris ecclesiæ mos quod ad præsentium temporum conditionem attinet, magis placuerit. Olim confessarius sacerdos de articulis fidei, & quæ illis cohærent ecclesiæ sacramentis, ac præceptis dñicis interrogabat, hoc est de vita & moribus ex quo cōfidentes duplēcē fructum referebant. Primum, quod de fide & præceptis instituerentur: deinde, q̄ in sui ac peccatorum agnitionem (quæ salutis initiuū est) venirent. Quemadmodum ergo omnino velimus, ut sacerdotes veterem ecclesiām in hoc imitentur: ita nobis simplicissima cōfitendi ratio videbitur, si cōfidentes docēt̄ur, omnino duo esse quæ in nobis Deus requirat, nempe fidem cum spe cōiunctam, & charitatem: fidem duo requirere, initio, ut quicquid symbolo apostolico summāt̄m continetur, firmiter credamus. Secundo ut tota fiducia præsentis ac futura vitæ cōstituantur in Deo, vīque cōfidamus opera nostra bona tanquam filiorum Deo placere. Principio ergo de diffidētia cōfidentū fuerit, nempe si quis de vlo articulo fidei vel tenuiter hæsitauerit. Nā hic ante omnia pia instructione opus est, vt hæsitationem per verbum Dei cordibus eximatur, & fides plantetur. Deinde quotusquisq; hominum totam suā fiduciam in Deū collocat: Nunquid non singuli penè singulos sibi facit Deus faciunt? Alius finem operum suorū in fastu ac vana gloria cōstituit, aliis in diuitiis confidit, aliis ventrem curat, atq; alij alia respiciunt: interim de fide in Deum (cui omnia accepta referre, & à quo totos nos pendere oportet, vt cunque tādem res ista externæ cadant) parum aut nihil solliciti, atque interim quā pauci sunt, qui hāc suam diffidentiam atq; adeò idololatriam, peccatiū putant, cum tamen sit omnium peccatorum fons & origo. Nā qui à fiducia in Deum prorsus alienus est, huius tota vīta nihil aliud est, quām vnicum peccatum, de quo Sp̄ritus sanctus mīdus condemnat. De hac ergo diffidētia initium recte capiatur, & instructur per sacerdotem confitens. Iam charitas ad duo se porrigit, charitatem Dei & proximi: vtranque Deus in decalogo præcepit, qui aptissima quādā methodus est, docens nos de omnibus quæ methodus Deus & fieri velit & fieri nolit, q̄ in eam omnes leges mo-

quinq; sen
suum com
mittitur.

Matt. 15.

*Vetus con
fitendi ra
tio optima.*

Peccatorū

*agnitio fa
lutis initiuū.*

Quomodo

docenda

plebs est

confiteri.

Fides.

Psal. 62.

Quomodo

*de diffiden
tia cōfiden
dum.*

Psal. 48.

Psal. 51.

Matth. 6.

Ephe. 5.

1. Timo. 6.

Ioan. 16.

Augu. in

Ioannem.

DE SACRAMENTO

Ecmittē rales includi possint. Quum ergo omnino velimus ac cupidorum, vt nō tantum priuatim, sed & publicè ex suggestis, id est Populus in frequentissimè populus in decalogo institutus, vt que non decalogo solum plebs decalogum memoria tenere, sed & quibus operibus singulis præceptis satisfiat, rursus quibus contra singula statuēt. peccetur doceatur, quā doctrinā in postrema parte huius institutionis trademus: sit ut speremus (id cum parochi factum

Interior curāt) fore, ut hinc plebs certissimā simul ac simplicissimā cōconfessio fitendi rationem sibi facilimè colligat. Porro ad memoriam frequens iuuandam nihil magis profuerit, quā in frequens interior, cōad iuuādā fessio, quemadmodum supra docuimus. Præterea hoc non patet memoriam fecerit, si pœnitēs intuens in præcepta dominica recollectus.

Esiae. 15. & apud quos vixerit. Vidēdum autem est sacerdoti, ne peccatum omissionis extenuetur, quod solet esse grauissimum, maxime in iis, qui autoritate aut dignitate præminent, veluti sunt episcopi, abbates, parochi, principes, magistratus & patres familias, qui quemadmodum multorum malo peccant, ita multorum malo cessant in officio. quā autem horum officia sunt, docebunt Loci communes, quos huic sacramento annuentes.

Loci communis, ut Confessarius cessantes corripiat, ac singulos de suo munere diligenter admoneat.

De restitu*tiōe ciuili.* **D**ē restitutione ciuili, anxijs sape sunt confitentes & confessarij, idque recte. Nam quis dubitat eam esse necessariam, saltē quoad fieri potest, quōd sine ea fingere quidem possit quispiam se pœnitēre, vere autem pœnitēre nequaquam.

Qui teneat situm ad restitutio*nē.* Non solum autem ad restitutionem tenentur qui pecuniam alterius susurrati sunt, sed in primis qui pestilenti virulentāque lingua simplicium mentem corruptum, tranquillitatem animi proximo adimunt, obrectationibus famam alienam laedunt, peruersis conciliis publicam pacem perturbant,

Exod. 22. qui pudorem puellarū corruptū, quos oportebat legis Moysae censuram subire. Item omnes opifices, qui non ex fide

Corruptores similiū. fide cū propter cum proximo agunt, hoc est qui regulæ euangelice obliuiscuntur, quæ habet: Quid tibi nō vis fieri alteri ne feceris. Et O-

Matth. 7. minia quæcumque vultis ut faciant vobis homines ita & vos

Luce. 6. facite illis. Quæ oīnia in explicatione Decalogi latius attingemus. Tantum de confitendi ritu dixisse sufficerit.

Quid faciat sacerdos. Postquam autem pœnitens peccata sua confessus fuerit, dotip. ste- P rōcte interrogat sacerdos, an ei peccata præterita disipli-

ceant,

ceant, an propositum habeat adiutore deo se à peccatis dein
ceps continentis, quod absque contritione interna, confessio rūquod ad
vocalis magis oblitus quam proficit. Quo facto, sacerdos singulis instruc-
tis morbis sua remedia adhibebit, idque ex diuinarum scriptu-
narum myrothecio, quarum syluam quandam dabimus in cal-
te huius sacramenti, quam qui volet, pro suo arbitratu secu-
dum rationem criminum, augere poterit. Nam superbo rete
dixeris, Humilia te in conspectu domini. Vanam gloriam se-
dixisti, Vide ne ob transitoriam gloriam, aeternā perdas mer-
cedem. Inuidio, Peccatum tuum maximum est, quod diabolū
propriè parentem habet, cuius iniuria mors intravit in orbē
terrarum. Age itaque poenitentiam, & profectum aliorū, tuū
deputa. Iracundo, Ira in stultorum sinu requiescit: dominari
debes animo tuo, & hanc tranquillitatem mentis effugare. A-
varo, Cogita quia radix est omnium malorū cupiditas, & ido
lolatriæ cōparatur. Ventris curam in desideriis facienti, so-
brietas: Luxuriæ dedito, castitas seftanda persuadebitur. Cō-
tra accidiam animam hominis aggrauantem, vt ei nihil boni
agere libeat, sedulitas. Contra tristitiam, ob aduersa hominis
mentem occupantem, patientia & longanimitas inculcanda
est. Et ut summatim dicamus, contraria contrariis antidotis
curada sunt. Deinde postquam confessarius sacerdos confi-
tentem quantum ad corrigendam vitam sufficere videtur, in-
struxit, cum statim satisfactio, hoc est opus aliquod piū, quod
cum virtuo perpetrato quam maximè pugnat, ipsi confessio im-
ponitur, licet demum post absolutionem peragendū, nisi ta-
men aliud delicti & persona ratio poposcerit. Postea pro pœ-
nitente, ad dominum fit pia deprecatio, in qua tamen sacra-
menti vis non continetur. Postea pronunciatur absolutio, in
qua tota sacramenti vis confitit.

Huius autem sacramenti vim & efficaciam multiplicem
Hoc cōstat. Principalis finis est, vt penitēs verbis abso-
lutionis assentiēs referat beneficium remissionis peccatorū
& certissimam consolationem reconciliationis, qua ecclesia
rursus inferitur. Neque enim dubitādum est, Deum (qui re-
mittendrum peccatorum ligandi ac soluendi potestatem
sacerdotibus fecit) ipsum etiam ministerio eorum poten-
ter assistere, si tamen poenitens spiritui sancto obicem non
posuerit, hoc est per incredulitatem restiterit: nam mentiri
non potest Deus in promissis lōgē veracissimus, et si nos in-

V iiij

nē peccato
nē cōfūtēs
attinet.

Quid icul
cādum su-
perbo, va-
nā gloriā
seftanti.

Mattb. 6.
Inuidio.

Iracundo.

Gene. 4.

Avaro

1 Timo. 5

Ephe. 5.

Guloso.

Libidino-

so.

Accedio.

De inun-

Etione sa-

tisfactio-

nis.

Depreca-

110 pro cō-

fitente.

Absolu-

tio.

De virtu-

te & effica-

cia huīsa

cramenti.

Ioan. 20.

Tit. 1.

DE SACRAMENTO

digni simus quod ad nos attinet. In quam sententiam David,
Apostolo interpretante, dixit: Tibi soli peccavi, & malum co-
ram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas ci-
dicaris. Vnde quemadmodum per baptismum eximimus a ty-
rannide satanæ, & facti filii Dei inferimur corpori Christi,
quod est ecclesia, & in tam felix cotubernium cooptamur &
angelorum & omnium ad ecclœstem hereditatem prædestinato-
rum, ubi cunque terrarum viuunt, viixerint, aut viæsturi sunt, ita
per ministratiōnē huius sacramenti in eadē societate ritè resi-
tuimur. Præter hunc finē pleriq; alij sunt minus principales.

Confessio-
nis secrētæ
commoda.

In primis, quod non alia ratione aut citius, aut efficacius
quam sacramentali confessione frangitur superbia metis hu-
manæ, ac ceruix erecta cōtra Deum, quæ nisi magno studio
deprimatur, erigit tandem sese aduersus omne quod dicitur
Deus: deprimitur autem cum homo prorsus sibi displices sese
Deo totū submittit. Porro nulla potest esse maior submissio,
quam ut homo sponte sese submittat ad pedes hominis, ei⁹
prodat nō solum facta, sed & cogitata. Atque interim expe-
riētia docet, nulla ex re plus lucis & gratiæ cœlestis capi, quā
ex sincera confessione, cui plena cōfolationis succedit abso-
lutio, nimirū quod Deus superbis refusat, humili⁹ autē det

Chryſost.
Pudor cō-
fessionem
impediēs.
pellēdus.

gratiam. Quamobrem hunc fructum nullus pudor debet ex-
cludere, præsertim cogitati, tolerabilius esse hic apud homi-
nē semel pudes cere, quam post erubescere in cōspectu Dei,
angelorum & sanctorum omnium, certè cuius animus vehe-
menter refugit se sacerdoti submittere, is (nōstra sententia)
nondum cor satis deiecit apud Deum, nec ex animo satis ad-
huc poenitet, ut fileamus par esse, ut quemadmodū totus ho-
mo se erexit contra Deum, ita corpore quoque sese submit-
tat, quod sæpenumero occasionem peccandi præbuit.

Secunda
utilitas cō-
fessionis.

Secūdo usus sacramenti ad hoc quammaxime vales, quod
hinc discamus noscere nos ipsos (quæ est præcipua sapientiæ
pars) quod confessio totum hominem sibi ipsi subinde ponat
ob oculos, excussis omnibus animi latebris, dum penitus con-

Vna medi-
tatio i lege
Domini.
Peccatorū
agnitio ex
cōfessione.

fiderat, quod vocet præcepta Dei: cōtra, in quæ ipse propulsus
sit, & quibus occasionibus labatur. Atq; hec est vera medita-
tio in lege Domini, ut homo componat se ad eum vitæ sta-
tum, in quo se cuperet esse, si iam supremus vitæ dies vrgeret.
Interim docet confessio agnoscere peccatum. Nam pleriq;
sunt, qui vel per axatem, vel per imperitiam non intelligunt
mordum

morbū suum, per errorē iudicātes nullum esse delictū, quod
crimen est capitale: contrā, hoc esse crimen quod crīmē non
est: quidam sic inuoluti sunt, vt seipso extricare nō possint *Homines
inuoluti.*
qui sacerdotem Confessarium desiderant, hominē integrum,
prudentem, ac sacrarum literarum scientia instructū.

Tertiō, hoc remedio maximis quibusdam malis medetur
sacerdos, quæ sunt pestilens securitas, & hac etiam pestilen-
tia gloria de peccatis, deniq; desperatio diuinæ clementie,
cuius primus author fuit Cain detrectans confessionem.

Quartō, hoc sacramentum non mediocriter iuuat ad pa-
randam idoneā detestationem commissorum, ex amore Dei
proficiscēt, ac serium certumq; propositum, in posterum
ab omnibus abstinenti quæ Deum offendunt. *Gene. 4.*

Quintō, pudor retegēdi secreta peccatorum, velut expia-
tio quadam est, qua bonam penē partem adimit, hominē m-
que cohiberet, ne facile relabatur in eadem.

Sextō, confitens non solum cōsolationem remissionis pec-
catorum accipit, sed etiam consilio exhortationēq; ac preca-
tione sacerdotis iuuatur, quam plurimum valere Iacobus te-
statur. Hactenus de huius sacramenti virtute *Iaco. vlti.*

Am quo affectū p̄enitentem ad sacerdotem accedere opor-
tet, ex supradictis satis intelligi potest. Debet enim sacer-
dotem accedere non vt hominem, auditurus ex eo quid hu-
manū, sed vt vicariū Christi, cuius legatione fungitur, vt au-
diat ex eo diuinum verbiū absolutionis, cui fidem adhibēs, de
remissionē peccatorū se certū faciat, atq; in primis eum affe-
ctum adhibere debet, quem habent lethalibus morbis occu-
pati cū ad medicum cōfugint, sine cuius ope mortem oppre-
tituri sibi videtur. quin hoc maiore p̄enitentis affectū esse
conuenerit, quāto vulnus animae omni plaga corporali peri-
culosius est. Hūc affectū resipiscēti, verbum Christi inge-
nerat, quo nos certos reddit, vt quib⁹ peccata sacerdotes re-
miserit, illis remissa sint. Ex omologēs itaq; facturo sic co-
gitādū est, sacerdotē angelum esse Domini, quemadmodū
propheta dixit: Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legem *Quo affe-
ctū ad sā-
cerdotē ac
cedendū.
2. Cor. 5.*
*Penitētis
affectus e
rit instar
affectus.
agroti.*
Ioan. 20.
August.
Malac. 2.
Matt. 13.
Luce. 10.

DE SACRAMENTO

tanus verus ille hominū custos Christus, duos denarios protrulit in curam vulnerati, quæ cùm recolit pœnitens fieri nō potest quin magno quodam desiderio ad sacerdotem properet, veluti ad eum à quo certam salutem sit relatus, & fáliberrimam fidem remissionis peccatorum, potu aquæ salutaris remissionis peccatorū restinaturus. Quem putas tam socorem, qui non longissima itinerum spatha præter omnem moram alacriter ac libenter esset emâsurus, si ex Christo domi-

Matt. 9. no audire posset, Dimittuntur tibi peccata tua? & tamē si.

Marci. 2. dem ad sacerdotem Christi vicarium attuleris, nihil minus au-

Luc. 5.7. dies, nec minori cum fructu. Ille potestatē suam sacerdoti-

Ioan. 20. bus concessit, ac vt verbis suis fidē adhiberes voluit: ergo bea-

Marc. 2. tus qui non vidisti & credidisti. Qualis autem sacerdos tibi

Ioan. 20. deligēdus sit, superius ex patribus indicauimus, quem etiam

vt facilè reperias, nobis episco pis incubit, vt qui officio nostro in ecclesiis nostris funguntur, viri sint & sapientes, & discreti, qui cum potestate iudicium habeant coniunctum.

Minister huius sa- **M**inister huius sacramenti, sacerdos est. videbit autem quilibet sacerdos, ne tam arduum confessionis audi-
crameti. di munus suscipiat, nisi doctrina, animi rectitudine, pruden-
Sacerdos tia, sed ante omnia pietate ad hoc sit idoneus: qui si quid a-
qualis. lioqui habeat affectus humani, videat tamē ac curet, vt audi-
tur confessionem, non priuati hominis, sed sacerdotis, im-
Christi personam sumat, neque quicquam habeat præ oculi, nisi Deum, cuius illic quodāmodo vices gerit. Præpara-
bit itaque ad rem tam seriam tamq; sacram animum, ne ma-
lum medicum præstans, & proximi morbum augeat, & iram

Medici. Dei in se prouocet, & vterq; ab altero discedat deterior. An-
te omnia sobrium ac silentij tenacem eum esse oportet: præ-

Sobrius. terea debet sic moderari omnia, vt percontationes suas nō

Discretus ultra, proferat, quām necesse sit ad criminis cognitionem, ne

Silens. scilicet inficiat animos simplicium & infirmorum; nec tamen

interim sinat ignorari, quod ignoratum, vitari curarive non

poterat. Sic esse affectus, vt malis hominum, cum Paulo Apo-

Roma. 9. sto illachrymet, vt tanto instantius ore ac vigilet pro gregi

dominico, quo videt morbos esse maiores, quibus is tenetur

occupatus: cogitans eos morbos gregem non fuisse inauspi-

ros, si ipse & ceteri quibus hoc munus concreditum est, do-

ctrina, monitis, increpationibus, & obsecrationibus aduigi-

lassent.

Breuer

BREUITER non est idoneus sacerdos, qui non gerit paterna *Luce. 10.*
 BVIScera erga gregem suum, qui nondum nouit cum confi- *Vinu* &
 tentibus indolefcere & copati in firmitatibus eorū, quales *oleum.*
 sunt qui ex hominū malis cristas tollunt, & superciliū ad- *Galat. 5.*
 ducit. Hic verò solus idoneus est, qui nouerit infundere vi-
 num & oleū verbum scilicet correptionis & cosolationis:
 sic tamen vt in consolationē semper procluio sit, præser-
 tim vbi intellexerit prenitentē ex animo resipiscere. Quā-
 quam verò sacerdotem talem esse oporteat, non minus tamē
 hoc sacramentū percipitur ab indigno quām à digno mini-
 stro: si tamen confitens veram contritionem & rectā fidem
 attulerit. Nam (vt Augustinus inquit) propterea dicitur est à *Aug. lib.*
 Domino in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes, Vos *que. Ve-*
 ponite nomen meum super filios Istraël, & ego dominus be- *teris et no-*
 nedicam eos: vt gratiam traditam per ministerium ordinati *ui testa.*
 transfundar hominibus, nec voluntas sacerdotū obesse vel *Nume. 6*
 prodeſſe poſſit, ſed meritus benedictionem poſcentis. Nā
 quāta ſit dignitas ſacerdotalis officiū & ordinis, ſatis dicat *Ioan. II.*
 nequissimus ille Caiphas, de quo dicitur est: Hoc autem *Caiphas.*
 à ſeipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophe-
 tauit quo ostenditur, ſpiritum gratiarum non personā ſe-
 qui digni vel indigni, ſed ordinem traditionis. Non itaque
 persona ſacerdotis ſpectāda, ſed Christo (cuius ſacerdos mi- *Aug. cō-*
 niſteriū gerit) intuendus eſt, is enim ſolus peccata dimittit, *tra Iulia-*
 qui ſolus per peccatis noſtris mortuus eſt, qui eſt agnus tol- *num.*
 lens peccata mundi. Verbum Dei (inquit Ambroſius) dimittit *Marc. 4.*
 tip peccata, ſacerdos eſt iudex. Sacerdos quidem officiū ſuū *Roma. 4.*
 exhibit, ſed nullius potestatis iura exercet. Sed dices, quid ſi *Ioan. I.*
 beavit, quod patres non ſemel dicunt, à ſolis ſanctis & colis *Amb. de*
 beamembbris dimitti peccata? Ut autē intelligas quid querat *paeni. diſt.*
 Quæſtio.
 tur, repetere animo oportet, Omnem hominē Christianum *I.c. verbū*
 qui ſeſe lethalibus criminibus etim occulē cōtaminat, non ſo- *Dei.*
 lum in Deum, ſed & in ecclesiam, hoc eſt in cōcūm ſancto- *Quæſtio.*
 rum omniū peccare. Eoipſo enim quodd eſt à veritate, à fi- *Origenes*
 de, à charitate, de caſtris ecclesie exit: ac ſtatiū cum lethaliter *in Leuit.*
 delinquit, ſeſe ab occulta illa cōmunione ſanctorū, qui vno
 fidei & charitatis ſpiritu, ſub vno capite Christo, toto ter-
 ratum orbe, arctissimo quodā vnitatis vinculo ſibi coherēt
 ac cōnectuntur, ſeparat: atque hoc ipſi facit, vt iam & in cœlo
 & in terra ligatus conficit, etim nondū Episcopi voce ligetur.

DE SACRAMENTO

Dilutio
quaestio-
nis.

Talem ergo hominem modo salutis suę rationem vllā habere velit, & in Dei, & in sanctorum omnium gratiā redire necesse est: quod aliter fieri nō potest, nisi & D^e & totae clesia sanctorū, eum in gratiam & cōmunionē, à qua propria malitia excidit, rursus recipiant, hoc est peccata dimittant. Itaque dum queritur, nū à solis sanctis dimittatur peccata: respōdendum est: Nos hic ad duo respicere oportere. Primū, ad id quod reuera agitur, cum dimittuntur peccata. Secundo, ad ministerium reconciliationis. Exemplo res fieri dilucidior: Qnum populus Romanus quēptam proscriptum in gratiam recipere velit, & ad hoc ministerio vniuersiūlī bet hominis vtrū: hic populus Romanus est qui noxā remittit, qui ius ciuitatis reddit, & proscriptū in consortium suum iterū recipit, Legatus tantum ministerio fungitur, populus Romanus reuera dimitit culpā. Legatus vero nō aliter quam populi Romani nomine. Ad eundem modum cum peccata dimittuntur, dicendum est, solo sanc̄tos & collab̄ membra, propriè peccata dimittere. Nā ipsi sunt qui peccatorē à se abalienatum, cū veraciter ad Deum cōuertitur, rursus in suum consortium recipiunt. Sacerdos tantū ministeriū exhibet. Atque hoc ipsum est, quod ait Augustinus: bapti. par. uulorum. cap. 7.

Cum veraciter, inquit, ad Deum, conuerso, peccata dimittuntur, dimittūr ab eis, quibus ipse veraci cōuersione cōiungit, spiritus sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi charitate cohārētib^z, siue se nouerint corporaliter, siue non. Similiter cū aliquius peccata retainetur, ab eius tenentur, à quibus ille cordis prauitate disiungitur, siue notis corporaliter, siue ignorantis. Omnes enī mali spiritualiter à bonis seiunēti sunt. Et alibi: Ecclesiæ charitas quæ per spiritū sanctum diffunditur in cordibus nostris, participū suorum peccata dimittit: eorum autem qui non sunt eius particeps, tenet. Ideo posteaquam dixit: Accipite spiritum sanctū, continentū de peccatorum remissione subiecit, Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Re ipsa ergo sancti sunt, qui peccata remittunt: sed quoniam ecclēsia sanctorum occulto vnius eiusdem q; spiritus vinculo, cohārēs, toto orbe dispersa est, nec simul in vnum locum cōgregari potest, vt ab eius ore peccator verbum remissionis peccatorū audiat: idcirco ministerium sacerdoti in ecclēsia constitutū est: vt quod sacerdos ecclēsia nomine fecerit, tota ecclēsia pitorum fecisse censeatur.

1. Cor. 2.
Roma. 5.

Ioan. 20.

censeatur. Nam ut nihil prohibet hominē etiam criminosum, honestā cuiuspiam reipublicā procuratorem esse posse, qui reipublicē nomine contrahat ac rescindat: sic nihil repugnat, solos pios ubiū terrarum constitutos, siue notos, siue ignotos veraciter conuerso peccata re ipsa dimittere, & tamen in hoc vi ministerio sacerdotis, et si mali. Quamobrem pulchre dixit (cuius verbis libenter vtimur) Augustinus: Sacramen-
tum gratia dat Deus, etiam per malos: ipsam vero gratiam nō nisi per seipsum vel per sanctos suos. Et ideo remissionē pec-
catorum vel per seipsum facit, vel per ipsius columbae mem-
bra, quibus ait: Quorum remiseritis peccata, &c. Interim ex-
tra publicum ecclesiā ministerium (quod scilicet eadem vir-
ture ac efficacia ministrant mali, qua boni sacerdotes, modò
tamen ab ecclesia confortio resecti non sint) constat multum
inter benedictiones honorum & malorum hominum distare.
Legimus enim benedictiones patriarcharum, prophetarum,
atque multorum aliorum sanctorum hominum, longè effica-
cissimas fuisse, malorum vero nequam. Efficax est enim
sanctorum spiritus propter inhabitantem Deum in ipsis. Sed
malorum spiritus longe secus habet, licet quum publico mi-
nisterio funguntur, sacramentorū efficaciæ (qua magis Deus
quā ipsi operantur) sua priuata malitia nihil detrahere pos-
sunt. Aliud est enim priuatim benedicere, aliud publicum mi-
nisterium gerere. Ut ergo hanc rem semel finiamus, in sacer-
dote non persona hominis, sed Christi, cuius vices gerit, spe-
cunda est: & firmiter credendum, quod reconciliatio sacer-
dotis in verē conuerso hoc intus operetur quod designat,
nempe absolutum non tantum militanti, sed & trium-
phati ecclesiæ recōciliari. Quid enim aliud est, Quod-

cunque solueritis super terram, erit solutum & in
cello: quā si dicat, Ego Deus & omnes cœlestis
curiæ ordines & omnes sancti in gloria mea,
laudent vobiscum & confirmant, quos li-
gatis & soluitis? Quamobrem Deus
modis omnibus a nobis collau-
dandus est quod dederit ta-
lem potestatem ho-
minibus.

*Aug. de
baptis. par
uulorum.*

Inter pri-
uatas be-
nedictio-
nes bono-
rū ac ma-
lorū mul-
tū interest
Gene. 2.7.

48.
4. Rg. 4.
Vide A-
thanasiū
in vita An-
tonij.

Aliud est
priuatim
benedice-
re, aliud
publicum
ministeriū
gerere.
Aug. lib.
de penit.
Matt. 18.
Matt. 11.
Marc. 2.